



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. IX. Ad c. 1. & 2. X. de translat. Episc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

Anianus, Abilius, Credo, Primus, Justus, Eumenes, Marcus, Celeration, Agrippa, Julianus, Demetrius, qui sedit annis 43. ad A. D. 234. Pontiani. 2. Demetrio substitutus Heraclas objicit anno Domini 248. Fabiani, qui Antero successit anno X. *Euseb. chron.* & *Niceph.* Præterea Eusebius, cuius meminit, fuit signifer Arrianæ factionis, ut nominatur ab Hieronymo, in supplemento chro- nici Eusebii, quem in concilio Antiocheno , in locum depositi Athanasii Episcopum Alexandrinum Ariani constituerant: sed cum intelligeret, se minus Alexandrinis acceptum fore, in Emi- senum Episcopatum translatus est. In Epistolâ verò Pseudo- Anteri præpostere fingitur ab Emisâ translatus ad Alexandriam. Felicis autem translatio Ephesum nullum habet assertionis fundum. Denique clausula illâ; *auditoritate hujus sanctæ sedis*, & in fine; *non tamen sine sacrosanctæ sedis Romanae auditoritate additamentum est*, nec apparet in dictâ Epistolâ Hadriani apud Burchardum lib. 1. c. 77. Ixonem parte 5. *decreti. c. 183.* & Nicephorum, quod Critici Gregoriani quoque notant ibi. Supposititiæ itidem sunt Calixti II. & Pelagii II. Epistola, quæ referuntur in eâdem causâ, & quæstione. Vide Socratem lib. 2. hist. Eccl. c. 6. Nicephorum lib. 9. c. 5. Quod nec Baronius audet negare ad A. D. 381. §. 1. Adisis Blondellum in *Pseudo-Isidoro p. m. 623.*

CAP. IX.

Ad c. 1. & 2. X. de translat. Episc.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Cause translationis à quo co- gnoscendæ.</i> | 6. <i>Patriarchæ defendit factum suum rationibus.</i> |
| 2. <i>An ad solum Papam.</i> | 7. <i>Ratio decidendi, Pontificis.</i> |
| 3. <i>Species facti.</i> | 8. <i>Cap. 2. hypothesis.</i> |
| 4. <i>Emendatur textus.</i> | 9. <i>Episcopatus Abrincensis.</i> |
| 5. <i>Eccles. Antiochenæ status.</i> | |

*Cause
translatio-
nis à quo
cognoscendæ.*

PRobanda translationi, cause debebant cognosci in pleno concilio Provinciæ, Metropolitanâ præsente & totius provinciæ Episcopis: Sed progressu temporis Patriarchæ sibi hoc jus vindicarunt, adeoque Romanus Papa, in suo pa- triar-

triarchatu. Sed tandem post varias & longas mutationes trans- *An ad so-*
lationes per universum orbem sibi arrogavit. Hinc Innocen-
tius noster intrepidè affirmat, uti omnes majores causas, ita &
hanc ex generali privilegio, quod B. Petro & per eum Ecclesiae R.
dominus noster indulserit, ad sedem R. pertinere. Sed hujus
privilegii exemplar in formâ authenticâ nondum vedit Orbis:
Quin imò ex sanctione conciliorum, imprimis ad compescen-
dum ambitum Arrianorum translationes fuisse certis limitibus
constrictas, superiori capite ostendimus. Interim vi hujus pri-
vilegii Innocentius translationem Apameensis electi rescindit
hoc nostro capitulo, quod desumtum est ex III. collectione, quam
primam Innocentius III. publicâ & legislatoriâ auctoritate pro-
mulgavit. Reperitur integra in libro 1. Registri epist. 38. & jungi
*possunt Gesta Innocentii p. 30. Species talis est: Laurentius *Species**
Antiochenus Patriarcha L. Apameensem Electum, nondum con-
secratum ad Tripolitanam Ecclesiam transtulit, secutus exem-
plum prædecessoris, qui propriâ auctoritate Mamistanensem Ar-
chiepiscopum in Tharsensem Episcopatum transtulerat. Uter-
que horum Archiepiscopatum in provinciâ Ciliciâ situs est, de
quo Guillel. Tyrius lib. 3. c. 21. & 23. Quod factum Pontifex
non solum rescindit, sed & patriarcham Antiochenum pœnæ
causâ ab Episcoporum confirmatione suspendit. Desumtum est
hoc capitulum ex compilatione III. Reperitur decretalis integra
libro 1. registri epist. 48. Et in fine pro Nasensi, legi debet, Va-
*laneensem, qui est unus ex suffraganeis Apamensis Metropolitæ. *Emendatur**
textus. Ut autem plenus intelligatur status Ecclesiae Antiochenæ illius *Eccles. An-*
temporis ita habeto: Orientis pars maxima à christiano exerci-
*tu Godofredo Bullionensi duce Lotharingiæ Principe erepta erat *Antiochenæ**
Saracenis, & Turcis, qui tum toti Asia à Ponto ad mare mediter-
raneum usque ad Hellespontum imperaverant. Omnes provin-
cias, quas recuperaverant Christiani, in quatuor principatus di-
viserant, in principatum Antiochijæ, comitatus duos Edessanum
& Tripolitanum, tres principatus in spiritualibus Antiocheno Pa-
triarchæ subjiciebantur, & postremò in regnum Hierosolymita-
*num. Vide Jacobum de Vitriaco *Hist. Hieros.* c. 39. Guiliel. Tyr.*
lib.

Patriarcha lib. 14. c. 12, 13, 14. Patriarcha quidem Antiochenus defendebat defendit facta translationem cum jure communi canonico, quo jure haec tenus etum suum usi fuerant Patriarchæ orientis tum exemplo Prædecessoris sui.

rationibus. Deinde moverat Patriarcham & hoc, quod ante consecrationem translatio facta fuisset, nusquam verò expressum & constitutum ajebat de Electo confirmato, quod de Episcopo, & in canonibus Ecclesia dicitur vidiuata ante consecrationem. Ergo nullum erat vinculum matrimonii spiritualis, quod translationem impediisset.

Ratio decidi. set. Ratio autem decidendi Pontificis erat, quod translatio fuit **dendi, Pon-** facta de majori ad minorem Ecclesiam : Archiepiscopus enim **A-**

pamienlis fuit translatus ad Episcopatum Tripolitanum & novo mutationis genere diminutus potius quam auctus contra quam-
cavetur *c. 1. de cler. non resid.* In his rationibus colorandis, & ar-
gumentis Archiepiscopi Antiocheni refutandis occupatur *cap. 2.*

b. t. In quo agitur de translatione Electi & confirmati, nondum tamen consecrati, vacante Andegavensi Ecclesiâ Wilhelmus de

Chimeleio, ex Abrincensi electo ac confirmato, postulatus est in **Episcopatus** Andegavensem Episcopum. Est autem Episcopatus Abrincensis

Abrincensis sub Metropolitano Rothomagensi. Postulatum Turonensis Archiepiscopus sine auctoritate sedis apostolicæ in Andegavensem Episcopatum transtulit & consecravit, & Rothomagensis Archiepiscopus eundem à vinculo, quo tenebatur illigatus Abrincensi Ecclesiæ absolvit. Id gravatè ferens Pontifex utrumque Episco-
pum à consecratione & confirmatione Episcoporum : Episco-
pum verò ab executione officii suspendit. Uterque Metropoli-
tanus peccaverat, Rothomagensis, quia Electum ac confirmatum à
vinculo, ut dixi, Ecclesiæ Abrincensis absolverat, Turonensis, quia
in Andegavensem Ecclesiam transtulerat & consecraverat.

C A P. X.

Ad c. 3. & 4. de translat. Epif.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. Episcopus Hildesensis relin- | 2. Et ad Herbipolensem transit. |
| quit Eccles. Lubecensem. | 3. Quis ille. |

4. Au-

